

CAPUT X.

VITA MODERNA HOMINUM
mundanorum Christo aduersatur, est-
que PseudoChristianismus.

Matth. 12. *Qui non est mecum, con-
tra me est.*

SI quis vitam moresq; horum tem-
porum ad normam vitæ doctrine-
que à Christo traditæ velit exami-
nare, næ ille deprehendet, plærorum-
que vitã esse Antichristianam. Quippe
quæ aliud nihil habet, quam Avaritiã,
Studium rei faciendæ, Usuras, Concu-
piscentiã carnis & oculorum, superbi-
am vitæ, ambitionem, pompam, aucu-
pium famæ ac gloriæ, inobedientiam,
irã, rixas, bella, discordias, simultates,
cupiditatem vindictæ, odia clandesti-
na, invidiam, implacabilitatem, inju-
stitiam, immundiciam, falsitates, frau-
des, calūnias. Breviter, pleriq; omnes
philauti sumus, inhiamus mundanis,
& honores ac emolumenta propria
consectamur. Cum è contra vita Chri-
sti nil sit nisi purissimus ac sincerissi-
mus Dei hominumq; amor, humani-
tas, mansuetudo, humilitas, patientia,
obedientia usque ad mortem, miseri-
cordia

Vita
munda-
norum.

Vita
Christi
& Chri-
stiano-
rum.